DE SIMONIA DISPVTATIO, IN ACADEMIA INGOLSTAdiana publicè proposita.

MATTH. X.

Gratis accepistis gratis date.

ACTOR. VIII.

Pecunia tua tecum sit in perditionem.

Fulminibus, iaculis, flamma cœlestis amoris,
Carnem, animum, mentem, uulnero, figo, cremo.



Πρηστῆρσ', αἰγανέῃς, ζαθέοιο φλόγεσσιν ἔρωτος.
Σάρκα, νόον, κραδίαν, τύπτομ', ἵκμι, φλέγω.

Ex Typographia Vueissenborniana, Mense Septembri, Anno 1566.

DE SIMONIA
THESIS.

I.

QVAMVIS SIMONIÆ uitiũ, quod ſemper apud bonos fuit infame, à Giezi Heliſæi miniſtro, uel Balaamo airolo non abſurdè potuerit denominari: tamen quia ueterum ſub lege ſacra nullam ex ſeſe gratiam conferebant, rectius à Simone Mago, qui ipſiſſimum Dei donũ pecunia poſſideri exiſtimabat, appellationem ſuam ſortitur.

II.

Eſt autem Simonia ſtudioſa uoluntas, & deſtinatum quoddam animi propoſitum emendi aut uendendi aliquid ſpiritale, aut quod ſit ſpiritali annexum.

III.

Vnde primum colligi poteſt, improbæ nundinationis huius obiectum res eſſe ſpiritales.

IIII.

Cæterùm quando ſpiritus uocabulum, atq; ſpiritalium rerum ratio latè admodum patet, non quæuis promiſcuè ſpiritalia, ſed ea duntaxat, quæ primo & per ſe à Spirituſancto, gratis ſupernaturalitérq; dante & infundente procedunt, Simoniæ ſubijci, et ueluti arenam propriam ſubſterni putandum eſt.

Quare

V.

Quare licèt scientiæ physicæ & metaphysicæ, & aliæ qualescunque theoricæ uel practicæ notitiæ, nonnullam cum uerè spiritalibus affinitatem habeant, & eorum rationem nonnunquam etiam induant, tamen Simoniæ materies non reputantur. Sunt enim huiusmodi, quæ non gratis peculiari dei opt. max. munere infunduntur, sed quæ, sicuti alia omnia, quibus uita hæc mortalium conseruatur, humanis studijs, laboribus, & uigilijs, quamuis non sine communi quodam auxilio Dei, hauriuntur & perficiuntur.

VI.

Nulla igitur ratione fas est, ea lege beneficium aliquod ecclesiasticum alicui conferre, ut qualemcunque is scientiam humano ingenio comparatam (nam de infusis aliud fortaßis est iudiciũ) profiteatur, uel aliã quamuis eiusmodi operam temporaneam, huic illiùe impertiatur.

VII.

Illud uerò prohibitum non est, canonicatum, uel sacerdotium quodcunque, cui eiusmodi aliquod profitendi munus foret coniunctum, cum docendi onere conferre.

VIII.

Emptionis & uenditionis nomẽ, cuius facta est mentio in definitione Simoniæ, omnem omnino non gratuitam uerum spiritalium cum temporalibus commutationem atque communicationem comprehendit.

IX.

Vnde quoniam legum ſanctionumq́ ecclesiaſticarum relaxatio, abſq́ eccleſiaſtica & ſpirituali poteſtate legitimè fieri non poteſt, æquè ad Simoniam pertinet, pro quacunq́ canonica diſpenſatione precio paciſci, ſicut ſacri cuiuſcunq́ miniſterij cauſa mercedem operis efflagitare.

X.

Ea breuiter ſpiritalibus in ſuperiori definitione dicimus annexa, quæ per eſſentiam ſiue efficientiam ſic ſpiritalia non comperiuntur, ſicuti ſacramenta & reliqua huiuſmodi gratuita dei dona: ſed ſolùm quandam, cum illorum utriſq́ ſocietatem habent atq́ affinitatem.

XI.

Talia ſunt uaſa ſacra, ueſtes, templa, & alia eius generis quàm plurima, quæ quidem omnia ut primum conſecrata fuerint, neq́ uendi debent, neq́ ratio uenditionis aut precij alicuius eſſe queunt, interim qua parte corpora, ſeu res corporeæ exiſtunt, uenundari ea nihil prohibet, modò tamen ratione conſecrationis nihilo carius exponantur.

XII.

Quòd ad proximam Simoniæ ſedem attinet, eſt ea in uoluntate hominis locanda, quippe quæ iuſtitiæ commutatiuæ atq́ adeò religioni Chriſtianæ ex diametro aduerſetur, & grauem utriq́ iniuriam adferat.

XIII.

RECTE Simonia in mentalem & realem diuiditur:

uiditur: Mentalem intelligimus, quamdiu prauum negotiationis in spiritalibus propositum animo conceptum, nullo externo inditio sese prodit: Vel cum à Simoniaca pactione quis resilit priùs, quàm inchoatus Simoniæ fœtus in lucem æditur, Realem uerò statuimus, cùm sacra ueluti sub hasta posita, apertè uenundantur: uel cum certa de persoluendo precio intercedente pactione, contraduntur.

XIIII.

Quare nullo Simoniæ crimine obligat sese, etiamsi grauiter peccet, qui fraude uel impostura usus, cum beneficium uel sacra emere uidetur, certò apud se statuit, promissam pecuniam uenditori non exoluturū esse, Tum si idem hoc animi sui decretum collusori suo tempestiuè patefacit, ad nullam restitutionem erit adstrictus.

XV.

SIMONIA non est uulgare flagitium, sed sacrilegium diuinis humanisq; legibus inhibitum atq; damnatum, quod iuri etiā naturæ, si quod aliud, quàm maximè repugnat: Nec enim rei sacræ natura fert, ut id, quod ex mera Dei liberalitate ad communem hominum utilitatem, datum & institutum est, perinde ac si priuati cuiuspiam peculium foret, uili lucello uenum eat.

XVI.

Quapropter non modò in lege mosaica, et in statu legis naturæ, apud priscos patres, ubi uera sacrificia, uera Sacramenta & sacerdotia diu multúmq; uiguerunt,

uerum etiam apud Atheos et Barbaras nationes, uitium hoc Simoniæ fœdum semper et nefarium existimatum fuit.

XVII.

Nam etsi Gentes ante Christum natum & Euangelium promulgatum, Idolorũ seruituti maximè essent addictæ, tamen legitimam ministrorum constituendorum retinebant potestatem: earum præterea flamines ad sacra obeunda designati, et more tunc recepto initiati, uera & ordinaria, populi in spiritalibus gubernandi, autoritate & iurisdictione pollebant.

XVIII.

Committebant igitur Ethnici quoq; Simoniam, si qui sua sacerdotia suósq; Pontificatus per largitiones impetrabant, uel sacra ipsa ob pecuniam administrabant: idq; non solùm ex peruerso animi proposito, quod in Hieroboamo & Antiocho impijs Tyrannis facilè cernimus, uerùm ex ipso etiam, ut uocant, obiecto.

XIX.

Iure proinde meritóq; Simon Magus, et Balaamus ille Ammonites, quòd gratuita Spiritussancti dona uenalia esse arbitrarentur, ab Apostolorũ corypbæo Simone Petro, & Synapostolo eius Iuda Thaddæo, grauiter reprehenduntur, & tanq̃ uiolatæ naturæ legis rei, manifestè condemnantur.

XX.

Porrò autem dum Simoniam diuino & naturæ iure damnatam atq; proscriptam dicimus, non de quauis Simoniæ

moniæ specie quam Ecclesia punit hoc intelligimus. Libenter enim agnoscimus œconomias ecclesiasticas, nosocomiorum, xenodochiorũ, gerontocomiorum, orphanotrophiorum etc. præfecturas, uicedominatũ, iudicum uel aduocatorũ ecclesiasticorũ officium, stipendia plæraq; ecclesiastica, nullo spiritali titulo affecta, & complura eius generis alia, quæ ad ciuilem potius et temporalem, quàm ad ecclesiasticam et spiritalem administrationem spectant, si probet Ecclesia, citra ullũ peccatum uendi, certóq; precio redimi posse. Damnamus aũt eam hic potissimũ Simoniã, quæ iure etiam pontificeo secluso, natura sua intrinsecáq; ratione Simonia est, ac haberi meretur.

XXI.

CÆTERUM ad Simoniacã hæresim perfectè constituendam, non satis est preciũ aliquod temporale, uel quod temporalis precij locũ subeat pro re sacra exactum et persolutũ fuisse, sed necessum est, ut hoc ipsum preciũ solius rei sacræ exhibitæ causa, non aũt honoris, reuerentiæ, stipendij, oblationis, gratitudinis, laudatæ et receptæ consuetudinis, aliáue simili ratione exactũ iã sit et persolutũ, uel porrò persoluendũ cõstituatur.

XXII.

Quare Simoniaci habendi non sunt ecclesiastici homines, etiamsi præpostere faciant & peccent, qui cum deseruiunt altari, uel diuina persoluunt, scopum sibi propositum habent pecuniam, non quidem ut ea sit sacri ministerij precium, sed uitæ tantum alimentum. Alioquisi sa-

larium

larium illud ueluti ſacræ rei precium, uel laboris omnino neceſſarij merces, à quoquam recipitur, is citra controuerſiam in Simoniam impingit.

XXIII.

Ita ſi quis nulla ſpe commodi allectus, ſed ſola formidine impulſus alicui, ſed idoneo tamen, beneficium confert, uel aliunde procurat, nihil Simoniacæ ſordis hic contrahit, non magis ſanè, quàm ſi idem metu forte perculſus, preces uel altaris ſacrificium litet Deo, uel quamcunq; aliam pietatis obeat functionem.

XXIIII.

Imouerò, ut rectè Eccleſiæ cōſulitur, dum ſeueriores nonnunq̃ leges contra indignas clericorum promotiones æduntur, ita paſtores illi nihil contra ſuum deſignant officium, qui talibus minis exterriti, dignos ſolùm & idoneos promouendos, eccleſiaſticiſq; muneribus præficiendos curāt. Excipimus tamen eum metum, qui in precium non reſoluitur.

XXV.

Rurſum fieri ſolet, ut quidam conſanguinijs ſuis, dignis alioquin & meritis, beneficium aliquod eccleſiaſticum impetrent, uel ultro aſſignent, ea potiſſimum ratione ducti, quod ſint iuncti ſanguine, Et hij quoq;, ſecluſo puſillorum ſcandalo, quod hoc tamē tempore uix unq̃ ſecludi poteſt, neq; Simoniam, neq; ullum peccatum ſaltem lethale perpetrant, quia & gratis & idoneis conferunt.

Turpe

XXVI.

Turpe est & illiberale, ad amicitiam, laudem, fauorem uel quodcunq; aliud huiusmodi captandum, qualiacunq; spiritalia conferre uel administrare, uerũ tamen quandiu nulla hic uera emptionis aut uenditionis ratio, nec ulla de persoluendo precio intercedit pactio, non est isthæc turpitudo Simonia, quam Scripturæ damnant & leges puniunt, sed nec graue hoc usq; adeo est piaculum.

XXVII.

Nam si pro fructibus terræ, si pro corporis incolumitate, et alijs eiusmodi, fas est preces fundere, et tremẽda mysteria offerre, nulli etiã crimini erit obnoxius, qui ad sedandum odium, conciliandam amicitiam, depellendam infamiam, illiusmodi operas præstat.

XXVIII.

Fatemur interim si preces, laus, fauor uel amicitia in pactum deducerentur, uel in temporale commodũ uerterentur, huiusmodi pactionem nõ satis tutam fore, Nã quod ad Simoniam constituendam attinet, parum referre uidetur, quanam uia, quibúsue medijs ad exoptatum precium perueniatur.

XXIX.

Qui eo animo principi uel præsuli alicui obsequũtur, ut horum gratiam per quotidiana, quæ impendunt, officia promereantur, eáq; postea pingue aliquod sacerdotium, quasi iacti seminis fœturam enitatur, non idcirco illi quidem Simoniaci efficiũtur, Siquidem sacerdotium

 non

non ex certa cōuentione uel obligatione, sed ex mera dominorum suorum liberalitate consequuntur, etsi seruitutem interim parum honestam seruant, sicut & illi quoque, qui per hypocrisin, fictæque sanctimoniæ uel eruditionis ostentationem, ad amplissimas quasque dignitates, uelis, quod aiunt, remisque contendunt.

XXX.

Nefas est, diuináque & humana lege meritò interdictum, precium per modum precij exigere, ob eam operam, quam præstas, si ea sit cuicunque rei sacræ intrinseca, & ad constitutionem eius prorsus necessaria, cæterùm pro labore sacrum ministerium antecedente, uel per accidens (ut loquuntur) seu modo nō necessario comitāte, uel ob adiunctam aliquam obligationem, mercedē petere uel accipere illicitum non est.

XXXI.

Quare licèt legitimū sit atque adeo necessarium, ut sacrorū ministri diuina mysteria gratis celebrēt, ut gratis Sacramenta & reliqua oīa spiritalia administrent, utque semper ob oculos habeant Christi uerbum. GRATIS accepistis gratis date: non ideo tamen lege aliqua adstringuntur, ut domesticis cōmodis post habitis, ad tēplū, presertim lōgius positū gratis accedant, eo loco uel tēpore, hoc uel illo ritu uel pōpa, toties in singulos mēses uel annos, has uel illas ecclesiasticas obeant functiones.

XXXII.

PENSIO siue stipendium ecclesiasticum, quod

alicui

alicui super alterius beneficium, propter obsequium spiritale bona fide Ecclesiæ impensum, uel olim impendendum constituitur, non potest improbari, nec quicquam ei cum Simoniaca contagione commune est.

XXXIII.

Vnde qui ex ecclesiasticorum est ordine, si morbo uel ætate ita foret affectus, ut officio, uel gregi sibi commisso commodè præesse non ualeret, potest is quidẽ alterutrum facere, modo tamen superioris accedat authoritas, ut uel operis sui uicario honestum aliquod ex suo beneficio constituat salariũ, uel ut retenta sibi necessaria pensione, officio simul & beneficio cedat. Verũ huiusmodi stipendia, quoniam ex spiritali officio proximè ortũ trahunt, neq; uendi iure, neq; pecunia redimi possunt.

XXXIIII.

Absq; graui peccato et Ecclesiæ detrimento fieri non potest, ut ulla super alterius beneficiũ pensio ei constituatur, qui nullum unq̃ ministerium spiritale uel temporale in Ecclesiam Dei contulit, nec alio modò bene de ea iam est meritus, aut certè olim mereri instituit.

XXXV.

Hoc tamen nihil quicq̃ impedit, quô minus pars fructuum cuiuspiam beneficij, in alterum nondum translati, præsertim si grauis & iusta adsit causa, nonnunq̃ queat adimi, ademptáq; in pios & necessarios usus conuerti: quanq̃ in ipsa transactione, bono id colore fieri ægrè admodum posset.

XXXVI.

Si qua pensio extat ecclesiastica, quae seruata iuris aequitate, cum beneficio ecclesiastico rectè permutatur, ea, quòd spiritalis sit, neq; uendi potest, neq; pecunia redimi: Sin cum sacerdotio legitimè cōmutari nequit, temporalis erit, et diuini proinde officij persolutionē nō exiget.

XXXVII.

Officia illa ecclesiastica, quae ministerium spiritale nullum exercent, et reliqua quorum abalienatio solo iure Canonico interdicitur, ea inq; omnia, & siquae sunt alia his affinia, si legitima facti extet ratio, non modò citra Simoniam, sed citra omnem etiam noxam, à summo Ecclesiae Hierarcha atq; pastore uenundari possunt.

XXXVIII.

Quandocunq; res aliquae spiritales extremae necessitatis censebuntur, ut morituro infantulo Baptisma, licebit tunc quidem precium exactum persoluere, nō quidem ut Sacramentum ematur, sed quò per iniquae uexationis depulsionem, imminens atq; praesens periculum deuitetur. Id autem neutiq̄ permittitur, cùm spiritalia tantae necessitatis casum non adducunt.

XXXIX.

Quocirca si cui forte ius competit ad aliquod sacerdotium, ius inq̄ imperfectum, hoc est, possessione uel proproprietate nondum corroboratum, is obiecta impedimenta, per largitiones semouere bona conscientia non poterit, nisi forsan ui aut falsa aliqua calumnia à legiti-

ma

ma electione, uel beneficij possessione impedіatur: Sed improbabile non est, post Canonicam electionem iniustas diuexationes redimi posse, ab eo præsertim, qui facto obesse, iure tamen prodesse non potest.

XL.

Rursum licet nefarium sit, sibi uel alijs ad quodcunq; beneficium ecclesiasticũ precio aditum communire, nulli tamen crimini uidetur obstrictus, qui indignam alicuius electionem aut promotionem pecunia impedire conatur.

XLI.

Postremo, ut plurima breuiter absoluamus, ad Simoniæ crimen referendũ est, cuicunq; beneficio ecclesiastico uel habito, uel sperato, pecunia cedere: peccatũ, quod iure oportuit denunciatum, studiose cœlare: pœnitentis reconciliationẽ quoquo modo procurare: à debito fraternæ correctionis officio desistere: beneficiũ ecclesiasticum cũ certis legibus & conditionibus iure prohibitis, in alternis usum resignare: Episcopos, presbyteros, abbates et cuiuscunq; ecclesiastici ordinis homines consecrare uel cõfirmare: quodcunq; Sacramentum, uel sacramentale ministerium exhibere: uirgines, nubentes, templa, uasa, uestes cõsecrare uel benedicere: in alterius Ecclesiã uel beneficiũ sese intrudere: pro fide data, uel alia huiusmodi ciuili obligatione sacerdotium deposcere uel accipere: ad religionis ingressum ostiũ sibi aperire, quæuis funeralia munia obire: uera deniq; sacerdotia, singulari maiorum nostrorũ pietate ad Dei cultum, hu-

manæq; salutis præsidium instituta, quocunq; colore uel prætextu, cum iniquo mamona permutare.

XLII.

Etenim cũ in quouis sacerdotio, tam libero quàm curato, ut uocãt, tria tantùm comperiantur, nempe officium siue ipsum ministerium sacrum, stipendij percipiendi ius, quorũ utrunq; spiritale est, et ex spiritali causa proximè exortum, & ipsum deniq; stipendiũ, siue fructus ex utroq; promanantes, cõsistere nullo modo potest, ut quispiam functionem siue officiũ ipsum conferat gratis, & gratis adhuc ius recipiendorum censuum ecclesiasticorum largiatur, & census interim ipsos licitè uendat, uel sibi etiam ipsi retineat.

XLIII.

E diuerso à Simoniæ contagio alienum debet haberi, pro euangelizandi munere, uel alio quouis ministerio spiritali, uitæ alimoniam exigere, sacerdotia cũ cautionibus lege permissis instituere, uel inter se cũ superioris facultate permutare, cruces, calices et reliquã Ecclesiæ supellectilem, qua ratione corporalia sunt, uenundare uel emere, pro quacunq; arte uel scientia etiam Theologica, tradenda & explicanda, laboris industriæq; precium sumere uel petere, beneficij sui fructus utcunq; uisum fuerit, erogare.

XLIIII.

Eadem ratione nullam Simoniam sapit, si dotis nomine postuletur eleemosyna pro sustentatione monalium,

præsertim

præſertim ſi monaſteriũm egeſtate laboret, aut prouentibus neceſſarijs deſtituatur. Verũm ſi opulentum fuerit, & de certa nihilominus pecuniæ ſumma numeranda inter ſe conueniant monachæ, modo tamen non pro religioſi inſtituti aut ſuſceptione aut profeßione, ſed alio quopiam fine non religioſo id fiat, non tum efficiuntur illæ Simoniacæ, utquæ nihil ſacrum emant uel uendant: cæterum hoc ipſo non obſcurè declarant, ſe minimè id eſſe, quod audire uolunt, quódq; ſecundum profeßionis ſuæ rationem eſſe debebant.

XLV.

Qui ſciens & uolens eccleſiaſticũ beneficium per Simoniam inuaſit, in neutrum ille ius unq̃ aut dominium habuit, ac proinde reſtituat neceſſum eſt, tam beneficium, q̃ fructus ipſos, quos percepit, uel quos diligens paterfamilias, neceſſarijs expẽſis deductis, percipere potuiſſet.

XLVI.

Quòd ſi uerò quiſpiam nolens, uel ignorans, dum alter uidelicet fraude, uel alio quocunq; modo preciũ perſoluit, huc forte peruenit, beneficium quidẽ ille conſultè deſeret, non tamen obſtringitur ad fructuum, quos bona fide perceperat, reſtitutionem, ſed ad eos tantum, qui adhuc extant & reddi poſſunt.

XLVII.

Præter hanc reſtitutionis pœnam & excõmunicationis cenſuram, notorij Simoniaci tum infamiæ, tũ exanto rationis quoq; meritũ ſibi adſciſcũt, et ſuſcepti præterea

ordinis

ordinis executionem, suorúmq; beneficiorũ administrationem amittunt, non tamem iurisdictionem eam, quam legitimè prius administrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq̃ fieri potest.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata sunt, ea nõ ipsis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus persoluentes, sed planè ultronij, sua perdiderunt, restitui debent: sed ijs quib. potissimũ facta uidetur iniuria, hoc est Christo, eiusq; Ecclesiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam consummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi posset.

L.

Postremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia suo quoq; modo, de procuratoribus, et intercessoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni sunt morte, qui talia agunt, sed ij etiam, qui facientibus aut consentiunt, aut quocunq; modo consilio uel patrocinio suo adsunt. Laus Deo.

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Thes. 1. lege ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheos. 21. constitutũ. 25. consanguinei. etc.

ordinis executionem, suorúmq; beneficiorũ administrationem amittunt, non tamen iurisdictionem eam, quam legitimè prius administrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq; fieri potest.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata sunt, ea nõ ipsis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus persoluentes, sed planè ultronij, sua perdiderunt, restitui debent: sed ijs quib. potissimũ facta uidetur iniuria, hoc est Christo, eiusq; Ecclesiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam consummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi posset.

L.

Postremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia suo quoq; modo, de procuratoribus, et intercessoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni sunt morte, qui talia agunt, sed ij etiam, qui facientibus aut consentiunt, aut quocunq; modo consilio uel patrocinio suo adsunt. *Laus Deo.*

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Thes. 1. lege ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheos. 21. constitutũ. 25. consanguineis. etc.

ordinis executionem, suorúmq; beneficiorũ administrationem amittunt, non tamem iurisdictionem eam, quam legitime prius administrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq̃ fieri potest.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata sunt, ea nõ ipsis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus persoluentes, sed planè ultronij, sua perdiderunt, restitui debent: sed ijs quib. potissimũ facta uidetur iniuria, hoc est Christo, eiusq; Ecclesiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam consummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi posset.

L.

Postremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia suo quoq; modo, de procuratoribus, et intercessoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni sunt morte, qui talia agunt, sed ij etiam, qui facientibus aut consentiunt, aut quocunq; modo consilio uel patrocinio suo adsunt. *Laus Deo.*

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Thes. 1. lege ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheos. 21. constitutũ. 25. consanguineis. etc.

ordinis executionem, suorúmq; beneficiorũ administrationem amittunt, non tamem iurisdictionem eam, quam legitimè prius administrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq; fieri potest.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata sunt, ea nõ ipsis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus persoluentes, sed planè ultronij, sua perdiderunt, restitui debent: sed ijs quib. potissimũ facta uidetur iniuria, hoc est Christo, eiusq; Ecclesiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam consummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi posset.

L.

Postremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia suo quoq; modo, de procuratoribus, et intercessoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni sunt morte, qui talia agunt, sed ij etiam, qui facientibus aut consentiunt, aut quocunq; modo consilio uel patrocinio suo adsunt.

Laus Deo.

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Thes. 1. lege ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheos. 21. constitutũ. 25. consanguineis. etc.

ordinis executionem, suorúmq; beneficiorũ administrationem amittunt, non tamem iurisdictionem eam, quam legitimè prius administrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq̃ fieri potest.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata sunt, ea nõ ipsis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus persoluentes, sed planè ultronij, sua perdiderunt, restitui debent: sed ijs quib. potißimũ facta uidetur iniuria, hoc est Christo, eiusq; Ecclesiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam consummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi posset.

L.

Postremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia suo quoq; modo, de procuratoribus, et intercessoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni sunt morte, qui talia agunt, sed ij etiam, qui facientibus aut consentiunt, aut quocunq; modo consilio uel patrocinio suo adsunt. Laus Deo.

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & S.Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Thes. 1. lege ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheos. 21. constitutũ. 25. consanguineis etc.

ordinis executionem, ſuorúmq; beneficiorũ adminiſtrationem amittunt, non tamem iuriſdictionem eam, quam legitimè prius adminiſtrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legiſlator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq̃ fieri poteſt.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata ſunt, ea nõ ipſis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus perſoluentes, ſed planè ultronij, ſua perdiderunt, reſtitui debent: ſed ijs quib. potiſsimũ facta uidetur iniuria, hoc eſt Chriſto, eiuſq; Eccleſiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam conſummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi poſſet.

L.

Poſtremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia ſuo quoq; modo, de procuratoribus, et intercesſoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni ſunt morte, qui talia agunt, ſed ij etiam, qui facientibus aut conſentiunt, aut quocunq; modo conſilio uel patrocinio ſuo adſunt. *Laus Deo.*

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magiſter, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Theſ. 1. lege ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheos. 21. conſtitutũ. 25. conſanguineis. etc.

ordinis executionem, suorumque beneficiorū administrationem amittunt, non tamem iurisdictionem eam, quam legitimè prius administrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nō incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq̄ fieri potest.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata sunt, ea nō ipsis Simoniacis, ut qui nō inuiti, ut fœnus persoluentes, sed planè ultronij, sua perdiderunt, restitui debent: sed ijs quib. potissimū facta uidetur iniuria, hoc est Christo, eiusque Ecclesiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam consummatam, uel iudicialiter cōdemnatam, ei qui dederat reddi posset.

L.

Postremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia suo quoque modo, de procuratoribus, et intercessoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni sunt morte, qui talia agunt, sed ij etiam, qui facientibus aut consentiunt, aut quocunque modo consilio uel patrocinio suo adsunt. *Laus Deo.*

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

ordinis executionem, suorúmq; beneficiorũ administrationem amittunt, non tamem iurisdictionem eam, quam legitimè prius administrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq̃ fieri potest.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata sunt, ea nõ ipsis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus persoluentes, sed planè ultronij, sua perdiderunt, restitui debent: sed ijs quib. potissimũ facta uidetur iniuria, hoc est Christo, eiusq; Ecclesiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam consummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi posset.

L.

Postremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia suo quoq; modo, de procuratoribus, et intercessoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni sunt morte, qui talia agunt, sed ij etiam, qui facientibus aut consentiunt, aut quocunq; modo consilio uel patrocinio suo adsunt. *Laus Deo.*

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Thes. 1. lege ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheos. 21. constitutũ. 25. consanguineis. etc.

ordinis executionem, ſuorúmq; beneficiorũ adminiſtrationem amittunt, non tamem iuriſdictionem eam, quam legitimè prius adminiſtrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq̃ fieri poteſt.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata ſunt, ea nõ ipſis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus perſoluentes, ſed planè ultronij, ſua perdiderunt, reſtitui debent: ſed ijs quib. potiſſimũ facta uidetur iniuria, hoc eſt Chriſto, eiuſq; Eccleſiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam conſummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi poſſet.

L.

Poſtremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia ſuo quoq; modo, de procuratoribus, et interceſſoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni ſunt morte, qui talia agunt, ſed ij etiam, qui facientibus aut conſentiunt, aut quocunq; modo conſilio uel patrocinio ſuo adſunt. *Laus Deo.*

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magiſter, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Theſ. 1. lege ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheos. 21. conſtitutũ. 25. conſanguineis. etc.

ordinis executionem, suorúmque beneficiorũ administrationem amittunt, non tamem iurisdictionem eam, quam legitimè prius administrabant.

XLVIII.

Has Canonum pœnas legislator nõ incurrit, noxam tamen & pœnas diuinitùs noxæ debitas, ut euadat neutiq̃ fieri potest.

XLIX.

Cæterùm quæ ex Simonia nata sunt, ea nõ ipsis Simoniacis, ut qui nõ inuiti, ut fœnus persoluentes, sed planè ultronij, sua perdiderunt, restitui debent: sed ijs quib. potißimũ facta uidetur iniuria, hoc est Christo, eiusque Ecclesiæ, uel pauperibus: ueruntamen precium datum ante Simoniam consummatam, uel iudicialiter cõdemnatam, ei qui dederat reddi posset.

L.

Postremo quæ de culpa et pœna Simoniacorum diximus, ea omnia suo quoque modo, de procuratoribus, et intercessoribus accipienda putamus, Non enim ij tantum digni sunt morte, qui talia agunt, sed ij etiam, qui facientibus aut consentiunt, aut quocunque modo consilio uel patrocinio suo adsunt. Laus Deo.

SVB PRAESIDIO THEOD: PELTANI, COLLEGII Theologici pro tempore Decani, defendet Georgius Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & S. Theologiæ candidatus.

Die Iouis proximo.

Thes. 1. legæ ariolo. 8. rerũ. 16. Polytheo. 21. constitutũ. 25. consanguineis. etc.